

Brene consanguineus noster super predio Ranstede, quod fratres prefati cenobii a cognatis nostris Theoderico videlicet comite de Grous et fratre eius Cûnrado marchione Orientali cum nostro consensu sub pie memorie fratre nostro Alberto marchione Misnense comparaverant et iam per viginti annos in possessione quieta tenuerant, eos placitis suis molestaret, nos partes nostras interposuimus ita, ut ad nutum nostrum accepta quantitate 5 pecunie comes ipse non solum omnem repeticionem predii predicti penitus abdicaret, verum eciam alios triginta mansos, decem sane in Glasowe, itemque in alia Glasowe nec non et decem in Miletiz adiecta nichilominus medietate silvule, que cum contingebat, et vinea in Ranstede, quam ante non habuerant, eis venderet, quem nimirum contractum cum heredum nostrorum consensu celebrari contigit, ita ut, quecunque cuiuscunque fortune persona 10 donationem hanc immutare seu minuere attemptaverit, rebus, honore, salute vitaque careat, insuper dei et omnium sanctorum suorum odium habeat, nisi fratribus in pace sua dimittat. Nos igitur contra omnem temeritatis ausum summam habentes diligentiam predictorum bonorum emptionem atque dacionem sygilli nostri impressione et ydoncorum virorum roboramus testimonio, qui sunt: Engelardus Nuenburgensis episcopus. Lûdewicus 15 canonicus Nuenburgensis. Godefridus plebanus de Dolene. Albertus de Drouze. Heinricus de Korun. Albertus de Luppa. Iohannes de Kizwiz, in quorum presencia in Lipz vi. kal. iulii primam donacionem prefatus comes manui nostre contradidit, ac deinde in villa Bychene astantibus et consencientibus heredibus suis cum nostro bene placito fratribus de Cella assignavit coram testibus, quorum hec sunt nomina: Iohannes prefectus de 20 Lubin. Heinricus de Warin. Otto de Lichtenhagen. Fridericus de Turgowe et filius eius Widego. Ūlricus de Pach. Otto de Ylburch et frater eius Bodo. Otto de Wezenig. Herbordus de Pylatswiz et Heinricus filius eius. Martinus de Hanekrat. Reinbodo de Bichene. Dytholdus de Nitekke et plures alii. Acta sunt hec anno ab incarnatione domini nostri Iesu Christi millesimo cĉ. xv., indictione tertia, tercio kal. augusti; feliciter. 25

(S.)

208.

Graf Friedrich von Brehna eignet dem Kloster Altzelle Güter in Groß- und Kleinglasau und Miltitz, verzichtet auf die Rückforderung von Ranstedt und überläßt dem Kloster auch ein Stück Wald und einen Weinberg. Vergl. No. 207.

Püchau, 1215 Aug. 30. 30

Hdschr.: Or. Perg. Hauptstaatsarchiv Dresden No. 199. S., an weißen Seidenfäden, = Taf. IX. 9.

Ann.: Altzeller Hand. Vergl. Posse, Lehre von den Privaturk. 20, 83 Anm. 2, 99 Anm. 1. Alle Zeugen bis auf H. Prior von Dobrilugk und Rudolf von Nienburg stimmen mit denen der vorigen Urkunde (No. 207) überein, man wird deshalb annehmen müssen, daß beide Urkunden für Kloster Altzelle an demselben Tage ausgestellt sind. Bei Berechnung der Kalenden lief ein Versehen soptembris anstatt augusti unter.

35

:In nomine sancte et individue trinitatis. Fridericus dei gratia comes de Brene Celle sancte Marie in perpetuum. | Cum omnium, que sub sole fiunt, memoriam obruere soleat oblivio, ea etiam, que ad hominum utilitatem rationabiliter efficiuntur, cicius peribunt ab eorum noticia et vergent | in periculum, que facta sunt ad commodum, si non ob refri-